





1755, 18 20  
450

EXERCITATIO IVRIDICA  
DE  
SVCCESIONE LEGITIMA  
IN BONA DEFVNCTI PROPINQVORVM  
ET EXTRANEORVM

QVAM

DEO CLEMENTER ADIVVANTE  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

ERNESTO AVGVSTO  
CONSTANTINO

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,  
ANGARIAE ET WESTPHALIAE ETC.

ILLVSTRIS IVRISCONSVLTOR. ORDINIS CONSENSV

PRAESIDE

DOMINO

PAVLO WILHELMO SCHMIDIO

IVR. DOCTORE ET PROFESS. PVBL. ORDIN.  
NEC NON SCABINOR. COLLEG. ADSESSORE

PVBlico ERVDITORVM EXAMINI


AD D. XXX. M. AVG. M DCC LV.

SVEVICIT

AVCTOR ET RESPONDENS

CAROLVS FRIDERICVS DE NEVBRONNER

PATRICIVS VLMENSIS




IENAE

LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.



EXERCITATIO IURIDICA  
IN BONA DEVNCT PROPRIORVM  
ET EXTRANEORVM  
DEOLEMETER ADIVVANTE  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCE AD DOMINVM  
DOMINO  
ERNESTO AVGVSTO  
CONSTANTINO  
DUCE SAXONIAE IVLIAE-CHEIMAE MONTIVM  
ANGARIAE ET WESTPHALIAE ETC  
ILLVSTRIS IVRISCONSVLTOR ORSINI COMES  
FRANCKE  
DOMINO  
PAVLO WILHELMO SCHMIDIO  
IVR DOCTORE ET PROFESS PVBL ORDINARIVS  
NOC NON SACRATOR CATEDR ASSISTENTE  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI  
AD D. XXX. M. AVO. M. DCCCLV.  
AVCTOR ET RESPONDENS  
CAROLVS FRIDERICVS DE NEVBRONNER  
VRSICIVS XIEMENSIS  
LITTEAE FICHSCHERLIANAE





Q. D. B. V.  
EXERCITATIO IVRIDICA

DE  
SUCCESSIONE LEGITIMA IN BONA DE-  
FUNCTI PROPINQVORVM ET EXTRANEORVN.




§. I.

Diuersae profecto vocis *succedere* extant significationes, et quam plurimi Ictorum, quibus arduam hancce atque difficilem de successione legitima doctrinam, explicandi animus fuit, haud omiserunt, ante omnia varias vocis *succedere* significationes praemittendi, rem ipsam fae-  
pissime illustantes, cf. ROTGERSII apodiēt. demonstrat. ad illu-  
strand. Ius Rom. Cap. I. §. IX. XIII. et FORSTERVS de heredit.  
quae ab intest. deferuntur L. I. C. I. Non vero credimus, vt  
idem a nobis expectetur, ideoque paucissimis, quibus fieri pote-  
rit verbis indicabimus, quo modo fiat successio legitima in bona  
defuncti propinquorum et extraneorum. *Successio* autem, si vox  
in sensu latiori accipiat, nobis denotat id, quando in aliquem iura  
transferuntur, quae antea non habebat. In omne id itaque, quod  
iuste adquire, me succedere Icti adfirmant.

X 2

§. II.



## §. II.

Diuerso autem modo iura in alium transferri posse, extra omnem dubitationis aleam positum est. Fieri enim hoc solet ita, vt transferantur vel ea iura, quae circa certam rem seu speciem competunt, vel ea, quae sine respectu ad certam rem cuidam tribuuntur. Si *prius*, occurrit successio singularis, si *posteriorius*, successio vniuersalis locum inuenit. Singularis successione genera recenset FORSTERVS de heredit. quae ab intest. deferuntur L. I. Cap. XLIV. veluti: ex causa legati, fideicommissi particularis, donationis mortis causa etc. Et quum successione singulari gaudens antecessorem non repraesentet, liberatur etiam ab obligationibus eis, quibus successor vniuersalis, personam antecessoris repraesentans, alias tenetur.

## §. III.

Vniuersalem successionem considerantes, diuersorum iura per eam transferri posse patet, viuentis scilicet atque defuncti, de qua successione, nempe in iura defuncti vnice tamen in praesentia nobis fermo erit.

## §. IIII.

Paulo accuratius autem successionem in bona defuncti vniuersalem nobis examinantibus, diuersi in ea occurrunt succedendi modi. Notum enim est, vel eum succedere, de quo constat, quod testator eum maxime amauerit, vel sine hoc amoris respectu, quem si remoueas, legitima successio occurrit. Merito autem legitimam eam appellari posse, credimus, quoniam de ea constat, quod neque pacto neque testamento deferatur, sed sola lege. Si autem ille succedit, quem testator maxime amauit, vel declaratur hic amor, vel praesumitur, et quidem, vt respiciatur simul ad id, quod vt plurimum occurrere solet in amore erga consanguineos. En! nulla sane maior obligatio, nullus amoris maior gradus praesumendus, quam inter eosdem, qui se inuicem per naturam maxime amare debent, et hoc in casu successio legitima seu ab intestato occurrit, cf. *Illustr. DARIES*, in Iurisprud. Vniuers. §. 503. Amor autem, si declaratur, vel haec declaratio acceptatur, vel non, si acceptatur, adest promissio efficaciter acceptata, per consequens pactum et inde successio pactitia. Altero autem in casu, si declaratio



ratio acceptata non est, testamentariam successionem adesse affirmamus. Ex quibus simul patet, legitimum successorem non nisi in subsidium, deficiente videlicet pactitia atque testamentaria successione, admitti. l. 89. de Reg. Iur.


## §. V.

Nec de omnibus in §pho antecedenti adductis successionis universalis speciebus in praesentia verba faciendi, animus est. Mittamus inde successionem pactitiam, quae apud Romanos olim ob votum captandae mortis et merum insidiarum vitae fruendarum prohibita erat, l. fin. C. de pact. a Leyser Spec. 375. med. II. Nec de testamentaria quidquam in medium proferamus, sed vnice de ea, quae ex lege fit. Duplici autem modo per legem bona defuncti in alium transferri solent. Succedit enim quis, vel ob praesumptum defuncti erga ipsum amorem, vel absque eiusmodi amoris praesumptione. Priori in casu legitima successio propinquorum adest, posteriori vero in casu legitima extraneorum haud immerito adpellanda erit. Rationem si poscis, cur successionem propinquorum legitimam adpellemus, statim ea deducenda erit ex l. vii. C. unde Vir et Vxor, ibi enim ita Imperator: *Maritus et Vxor ab intestato inuicem sibi in solidum pro antiquo iure succedant, quoties deficit omnis parentum liberorumue seu propinquorum LEGITIMA vel naturalis successio.* Extraneorum quoque successio merito ita vocatur, quum eadem quoque de hac valeant requisita quae supra §pho 4. ad legitimam requiri successionem adduximus.

## §. VI.

Successor legitimus propinquus, ac extraneus 1) in eo conueniunt, quod vtrique spernere queant hereditatem l. 4. §. 17. ff. de fideicommiss. libertat. nisi prior sit suus et necessarius nec 2) liberentur a praestatione legatorum et fideicommissorum l. 96. §. I. ff. de Legat. I. et l. 6. §. 3. ad SCum Trebell. vbi idem dispositum inuenies. Sed dantur quod non negandum, nonnulli, sentientes, quod fiscus ad legata atque fideicommissa praestanda haud obligetur. Quotquot autem hi proferant argumenta, certum tamen manet, quod iure nouo plane contrarium dispositum sit. *Novell. I. C. I. §. 3. Stryk de Success. ab intest. dissert. I. C. I. §. 51.* In eo quoque 3) conueni-





ueniunt, quod iisdem contra possessorem gaudeant actionibus ita, ut fiscus ob bona vacantia hereditatis petitionem, ut et rei vindicationem, nec non remedia possessoria, licet haec saltem utiliter, recte adhibeat. *Stryk* dict. Tractat. dissert. V. C. I. §. 44. vti 4) propinqui ita et extranei, si succedunt heredes sunt. Dicis quod  $\alpha$ ) obstat *l. I. pr. verb. fin. ff. de Success. Edit.* nec non *l. I. §. 2. ff. de Iure fisci* et  $\beta$ ) quod accedat, fiscum regalium, non successionis iure bona vacantia ad se trahere. Quantum posterius attinet, sibi inuicem non contradicere putamus, regalium iure quid possidere et heredem simul esse; *Stryk*. de success. ab intest. dissert. V. C. I. §. 46. leges autem modo citatas, quantum concernit, eas iure nouissimo abrogatas esse, notum est atque perspectum, nam occurrunt frequenter dispositiones, in quibus fisci successio ordinatur et quum essentialia heredis in eo locum inueniant, quis est, qui dubitet, quin is heres adpellari possit. Conuenientia propinquorum atque extraneorum heredum  $\gamma$ ) eo deducenda, quod vtrique sint heredes legitimi, lex enim immediate his, absque hominis facto hereditatem defert. *Stryk* cit. Tract. dissert. V. §. 46. et quae aliae sunt conuenientiae.

#### §. VII.

Tribus potissimum Classibus, siue generibus propinquorum successionem ab intestato consistere, constat. Vel enim succedunt descendentes, vel his deficientibus ascendentes, et cum eis alibi quidem collaterales, ita ut certo sub modo proximior excludat remotiorem, alibi post ascendentes demum collaterales. Sic enim Imperator Iustinianus expressis verbis hos gradus seu genera successionis legitimae propinquorum in praef. ad *Novell. us* determinauit. *Omnia generis*, inquit, *ab intestato successio tribus cognoscitur gradibus h. e. ascendentium, descendentium et ex latere.*

#### §. VIII.

Extraneorum successionem legitimam, quod spectat, sequenti ordine ea fieri solet 1) enim admittitur coniux cf. *Tit. ff. unde Vir et Vxor et l. vn. C. eod.* ibi enim Imperator Iustinianus ita loquitur: *Marius et vxor ab intestato inuicem sibi in solidum pro antiquo iure*

succe-





succedant, quoties deficit omnis parentum liberorumue seu propinquo-  
rum legitima vel naturalis successio, fisco excluso. Stryk. De Success.  
ab intest. differt. V. C. 3. per tot. Coniuges autem, si deficient,  
non statim fiscus ad successionem admittitur, sed praeferuntur ei-  
dem adhuc 2) Ecclesia in bona Clerici, nec non 3) certa, non autem  
omnia Collegia, sed solum adprobata et priuilegio singulari mu-  
nita. Stephanus ad Nouell. 118. num. 78. Loffaeus, de iure Vni-  
uersitat. P. V. num 43 seq. Brunnemann comment. ad Cod. Tit. de  
heredit. decurion. in fin. vt sunt: Collegia decurionum, militum et  
alia quorum feriem sistit Stryk cit. Tract. C. I. §. 29. seqq. Si autem  
euenit, vt et horum nulli existant, denique fiscus bona vacantia  
occupat et in ea succedit l. 4. C. de bon. vac.

### §. IX.

Restat adhuc, vt quae circa differentiam heredum legitimorum ex-  
traneorum atque propinquorum obseruanda occurrunt, proferamus.  
1) Heredes legitimi extranei in subsidium solummodo succedunt,  
deficientibus nimirum propinquis (§. 4. circa fin.) sed excipere hic  
velis, nisi cum his simul succedat coniux superstes *a*) iuxta mores  
patrios et statuta multorum locorum, in portionem statutariam ex  
communione inter coniuges deriuandam et *β*) secundum ius Ro-  
manum, inops, si de propriis, quae ipsi competunt bonis, se hone-  
ste, et conditioni mariti conuenienter sustentare nequeat. Nouell.  
53. cap. fin. quod et hodie obtinet. Wernher. Tom. I. Part. II. obs.  
485. II) Legitimi heredes propinqui non statim amittunt heredi-  
tatem et ius succedendi ab omni aditionem, sed omnino extra-  
anei, notum enim est, quod si coniux intra centum dies bonorum  
possessionem non petierit, et si illi, qui fisco praeferuntur, existente  
collisione (§. pr.) aut ipse fiscus intra quadriennium bona non oc-  
cupauerit, hereditatem amittant, et ab ea excludantur, possessor,  
autem illorum bonorum praescriptione ea adquirat l. 1. §. 2. ff. de  
iure fisci.





## THESES CONTROVERSÆ.

## Thesis I.

**Q**uoties statutum coniugi superstiti tribuit successionem in omnia bona defuncti, toties haec successio per testamentum minui potest.

*Struv. Exerc. XXXVIII. §. 4. Mev. ad Ius Lubec. P. II. Tit. I. Artic. 3. num. 61. Berlich. P. III. Concluf. IX. num. 45. dissent. Carpzov. P. III. const. VII. def. 8.*

## Th. II.

Vbi statutum partem tantum bonorum, veluti femiffem aut trientem coniugi superstiti tribuit, tunc testamentum in praeiudicium coniugis superuiuentis et detrimentum portionis statutariae non valet, et plane corrui, ita, vt nequidem legata ad pias causas praestanda veniant.

*Struv. Exerc. XXXVIII. §. 40. Berlich. loc. cit. num. I. seq. Mev. dict. loc. num. 41. seq. Berger in Oeconom. Iur. libr. II. Tit. IV. §. 45. Not. 3.*

## Th. III.

Portio vero statutaria per testamentum auferri ac minui omnino potest, altero coniuge consentiente.

*Wernber. P. III. obs. 167. Berger Oeconom. cit. loc. §. 45. Not. 4.*

## Th. IIII.

Coniugis consensus in praeiudicium portionis statutariae non valet, vbi coniux statutum ignorauerit, nec facile eius scientiam acquirere poterit, quia ignorans consentire non videtur.

*L. 23. ff. de acquir. heredit. Wernber. P. III. Obs. 167.*

## Th. V.

Academia ad imitationem Ecclesiae succedit studioso absque heredibus decedenti et quidem ita, vt fisco praefertur.

*Stephan. ad Nouell. CXVIII. num. 78. Stryk. de success. ab intest. disert. V. Cap. I. §. 39. dissent. Koepfen. P. II. dec. 7. num. 83.*




ULB Halle 3  
007 469 926



V018







1755, 18 20  
A56

ARCITATIO IVRIDICA  
DE  
SIONE LEGITIMA  
DEFVNCTI PROPINQVORVM  
T EXTRANEORVM

QVAM  
ELEMENTER ADIVVANTE  
MAGNIFICENTISSIMO  
IMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
TO AVGVSTO  
NSTANTINO  
IAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,  
AE ET WESTPHALIAE ETC.

DISCONSVLTOR. ORDINIS CONSENSV  
RAESIDE  
DOMINO

VILHELMO SCHMIDIO  
ORE ET PROFESS. PVBL. ORDIN.  
SCABINOR. COLLEG. ADSESSORE  
O ERVDITORVM EXAMINI  
D. XXX. M. AVG. M DCC LV.

SUBIICIT  
OR ET RESPONDENS  
RIDERICVS DE NEVBRONNER  
PATRICIVS VLMENSIS

—————  
I E N A E  
ERIS FICKELSCHERRIANIS.

